

iudex Nicolaus de Venusio

59

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Nicolaus de Venusio

59

1486-10-12

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadricentesimo octuagesimosexto. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno vicesimo octavo;... dominante quoque in principatu Tarenti, Squillacii et comitatu Licii et civitate Mathere... Federico de Aragonia, principe Tarenti, Squillacii et comite Licii,... mense Octobris, die duodecimo eiusdem, quinte indictionis, Mathere.

Nos Nicolaus de Venusio de civitate Matere, per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Petrus de Paulicello de eadem civitate,... publicus ubilibet per totum dictum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, donnus Donatus Nardi Nucii Parvuli, domnus Donatus de Perro, domnus Nicolaus de Bomara, domnus Iohannes Thomasii de Sarcuno, Franciscus de Simone et Iacobus Francisci de Papaleone, testes... de eadem civitate,... notum facimus... quod... constitutis Thomasio Cicci de Tuccio de civitate Mathere... et... domno Vito de Scalczonis de eadem civitate,... prefatus... Thomasius... asseruit... habere... griptam unam cum platea et cisterna una ab aqua ante ipsam, sistentibus dictis platea et cisterna in comunibus et pro indivisis cum domo dotali Iohannis notarii Laurentii de Altamura, sitam... intus Saxum Caveosum civitatis Mathere, in vicino Planelle superioris, iuxta predictam domum dotalem Iohannis notarii Laurentii de Altamura, iuxta domum capituli maioris ecclesie Matherane, iuxta frontem domorum notarii Francisci Gruis et Antonii de Guricho, iuxta viam vicinalem;... et placebat eidem Thomasio dictam griptam... vendere... Qua propter... vendidit... prenominato domno Vito

de Scalzonis... prefatam griptam,... cum platea et cisterna... ab aqua,... pro... pretio unciarum sex et tarenos quindecim...

† Ego Nicolaus de Venusio qui supra ad contractus iudex predicta fateor vera esse et me subscripsi † Ego dopnus Donatus Nardi Nucii Parvuli qui supra testis testor † Ego d. Nicolaus de Vomera qui supra testis testor † Ego dominus Donatus de Perro qui supra testis me subscripsi † Signum crucis proprie manus mei qui supra Francisci de Simeone illicteratus scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mei qui supra Iacobi Francisci de Papaleone illicteratus scribere nescientis